Vir Amplissimus
Caspari Barlaeo
Constantinus Eugenius.

457

371.

S.

Scribe saepius, dicebas, cum postremum vale diceres. Et, ecce, vix absenti protinus me praesentem sisto. Praestantissimae Matronae Hoofdiae, cuius humanitati quantum debeam tuto testari ipse potest, visum est inscribere Pietatis nostrae hasce quasi quasdam ἐρβυγάς, sive flammulas manus aut scintillas; quarum obiter mentionem feci, cum ab Bremitis Pasgeldianis rediremus. Postulo autem, nisi grave est, tenuitatem ~~meam~~ nostram tuâ existimatione tuâ denuo ut suffulcias, et hoc volumen, scilicet, quod grave non est, de manu amica tradas in ~~eam~~ utriq amicissimam. Summa est munus nostrum ornato verbis quantum potes. Quod si cui non indignum ~~videatur~~ censebitur quod lucem ~~adeat~~ videat, οὐκ ἐνίσταμαι, quominus committatur Blaviorum augusto charactere. Vide vero quid statuas. nam eo casu ne hic quidem subolitero. Certum est mare publicum non ingredi nisi tuo cortice ~~incumbenti~~ nitenti, ~~qui~~ cui tam tuto ac secure semel incubui. Ergo si praescribi patieris, ut praefatiunculae item Cretici prosa vel epigramate latino addere dignaris, ~~[illegible]~~ Doctor des Professor C. Barlaeus licet, prodire audeo. Cavo tamen auspiceris me vel ipsam umbram laureolae in hoc muscaceo quaerere. Plane avidus non sum edendi. et nosti tu plus harum rerum penes me latere quam vulgatum fuit. At istae certe necessaria est, si sic loqui liceat, defensiva cautio est. Interpunctionum enim et orthographiae meae, in carmine praesertim, solio non parum anxio

curiosus esse. Nosti quippe quam ~~uno~~ Cum puncto vel apice deregari possit sententiolis ~~[illegible]~~ pro eo ~~quod~~ tam satis ~~[illegible]~~ imbecillis. at in exscribendo quotusquisq tantillae rei sollicitudinem ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ amat? Proinde, si hic excudatur ~~[illegible]~~ ipse corrector exemplaribus adhiberi. Sed nihil tanti erit, quod libentius, et libentissime patiar; modo ne exscribantur. et me amas amicissime. Hagae XII. Ia. CIƆIƆCXLV.